Fragmentarium

VI Synopsis Oribasii

·I· EA QVAE SVNT SIGNA BONA SI IN INITIO AEGRITVDINIS HANI MALA SVNT GALIENVS: Signa quae sunt bona si in determinatione febrium in initio aegritudinis appareant mala sunt iudicanda· digestio aegritudinis non fit quando mox in initio quae bona sunt signa apparent· hutiles autem esse signa existimanda sunt quae neque in initio aegritudinis neque in augmentum sed in statu iam declinante apparent signa esse bona existimanda·

·II· QVOMODO BONA DETERMINATIO FEBRIVM COGNOSCENDA EST GALIENVS: Siquidem quando febris determinationem factura est qui aegrotat ab omnibus liber inbenitur simptomatibus et color in eo bonus apparit secundum evacuationis rationem et pulsus melior et fortior invenitur· haec est bona determinatio· quod si eorum minuatur uirtus in tantum inutilis est determinatio in quantum deicitur uirtus

·III· QVOMODO FVTVRA DETERMINATIO COGNOSCENDA EST IN FEBRIBVS GALIENVS: Quando igitur increscunt et antecedunt accessiones et semper plus a ratione per singulos dies accedunt et oras et fortiores fiunt· et quam plurime in diatrion uenientes celere aegritudinem determinare significat· si autem pigre movetur et ipsa ora accedit quemadmodum per singulos dies accedere solet post multum tempus fieri determinationem significat· si autem rigores habeat nimios his qui febrit non fit solutio ante quam mitigetur rigor· hoc autem non cessante inpossibile est ut statum faciat aegritudo de qua re magis neq· declinationem oportit sperare·

Urin

·IIII· DE VRINIS IN FEBRIBVS GALIENVS: Urina optima est quae sanis hominibus similis apparit id est subrovea

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 III, 1v – Oribasius: Synopsis medica (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8rn7/3475/36176)